


uafsi de ipsa nihil intelligant. Et ideo scriptum est, quod ipsa
est forma mundi, in quo autem modo ordinata sunt elemen-
ta in mundo, de quibus omnia sunt generata, prout optimè
datebit, & declarabimus in capitulo sequenti.

*De forma minori, & de principiis naturæ mineralis simpliciis
per extremitates & media.*

C A P. III.

C Vm de majori forma determinatum sit, postea descendē-
do de minori determinabitur. In qua sunt principia succe-
dentia in opere naturæ magis propinquā secundū extre-
mitates mediis
suarum opera-
tionū propin-
quiorum. Et cū
dixerimus su-
prā, quod prin-
cipia sunt uni-
versaliter om-
nes extremita-
tes, & omnia i-
psarum media,
hīc dicimus,
quod primum
& principale
medium extre-
mum vel ex-



tremitas, sunt quatuor elementa superius dicta, quæ sunt ex-
tremitates elementatæ, & significantur per B. Secundū sunt
vapores cōpositi ex ipsis elementis immediate de prima cō-
positione naturæ, & sine medio dicti, significati per C. in quos
vapores omnia corpora elementata resolvuntur, ad intran-
dum novam generationem. & velis hoc retinere & intellige-
re, quoniam generaliter tibi loquor, ad attingendum finem
illius, quod perquiritur. Tertium est aqua clara composita ex
dictis vaporibus per condensationem suæ naturæ, quæ venit
in dictos vapores quatuor elementorum, & illa est res ar-
gento vivo magis propinqua, quod quidem reperitur supra
terram currens & fluens. Et istud argentum vivum in omni
corpo elementato succedente à materia aeris est propriè
generatum. Et ideo ipsius humiditas est valde ponderosa, per
aeritatem homogeniam, disurrentem per motum venti, per
venas perforatas subterraneas, & cadit in mineris sulphureis

caus.